Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

intelligendo vt cognoſcat te comprehendēdo vt diligat te cognoſcendo. Quiſquis eniꝫ cognoſcit te. diligit te. obliuiſcit̃ ſe amat te. pluſq̃ꝫ ſe. relinquit ſe. ⁊ venit ad te. vt gaudeat de te Hinc eſt ergo domine quod nō tantum diligo te quantum debeo. quia non plene cognoſco te. Sed quia parum cognoſco. parum diligo. ⁊ quia parum diligo. parum in te gaudeo. Sed a te vero gaudio interiori. per exteriora recedens. dum te ſolo careo adulterinas amicitias in his exterioribus quero. Et ſic miſer ego cor meum quod tibi ſoli debui. toto amore totoqꝫ affectu impendere. vanis dedi. ⁊ vanus effectus ſum. dum vanitatem dilexi. Hinc eſt etiam domine quod in te non gaudeo. ⁊ ideo tibi non adhereo. quia ego in exterioribus. tu in interioribus. ego in temporalibus. tu in ſpiritualibus. ego in trāſitorijs animo diffundor. cogitatione verſor: locutione implicor. At tu domine in eternis habitas eternitatē. tu in celo ego in terra tu diligis alta ego infima. tu celeſtia ego terreſtria Et quando poterunt hec contraria conuenire.

¶ De miſeria ⁊ fragilitate hominis.

Miſer ego. quando poterit mea obliquitas tue rectitudini adequari. Tu domine diligis ſolitudinem. ego multitudinem. tu ſilentium ego clamorem. tu veritatem ego vanitatem. tu munditiam ego immunditiam ſequor. Quid plura domine. tu vere bonus. ego malus. tu pius ego impius. tu ſanctus ego miſer. tu iuſtus ego iniuſtus. tu lux ego cecus. tu vita ego mortuus. tu medicina ego eger. tu gaudium ego triſtitia. tu ſumma veritas ego vniuerſa vanitas vt omnis homo viuens. Heu quid igitur creator dicam. Audi creator. creatura tua ſum. iam perij. creatura tua ſum. iam morior. factura tua ſū iam ad nihilū redigor. plaſma tuū ſū. manꝰ tue dn̄e fecerūt me ⁊ plaſmauerūt me manꝰ inq̃ꝫ ille q̄ clauis affixe ſunt ꝓ me